

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis \$3000, Med. D. & Professor
Ad Iustorum funebrium debitam & piam exsolutionem Infantulo suavissimo,
Johanni Salomoni Viri ... Dn. Georgii Hegenwaldi, I. U. D. eximii ... Filiolo ... Hodie
hora 1. destinatam, praestandam, Omnes Literariae Reipubl. Cives peramanter ac
officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn77085835X>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

in J. S. Hegenwald.

Rost. 1656.

5





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77085835X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77085835X/phys_0004)

DFG

107.

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOANNES BACMEISTERUS,

Med. D. & Professor

Ad

Justorum funebrium debitam & piam
exsolutionem

Infantulo sua avisissimo,

JOHANNI SALOMONI

VIRI

Consultissimi, Excellentissimi ac Clarissimi

Dn. GEORGII HEGENWALDI,

Eximii, & Judicij Provincialis Mecklen-
burgici Advocati industrii

Filiolo desideratissimo

Hodie hora i. destinatam, prestantam,

Omnes Literariae Reipubl. Cives per amanterac
officiose invitati.

ROSTOCHII,
Typis Haegedium NICOLAI KILII, Acad. Typ.
Anno 1656.

Ta comparatum est in ætate hominum, voluptatem ut mœror comes consequatur, & Vita nostra gaudii & luctus perpetuas sortiatur vices, curasq; lætitiae vel prævias, vel sequaces. Miscentur tristia lætis, & subtexta malis bona sunt, lachrymæq; sequuntur vota, juxta Manilium, & ut Lucretii utar verbis --- medio de fonte leporum

Surgit amari aliquid,

Animadvententes itaq; Romani, mortaliū conditionem has habere vices, ut adversa ex secundis, & ex adversis secunda nascantur. Angeroniam, ab angoribus, Verrio Flacco teste, & Volupiam à Voluptatibus dictas Deas duas, non tantum in uno templo, sed & Angeroniæ simulacrum ore obligato atq; signato patientiæ indice in arâ Volupiæ collocabant, illasq; duas vicissitudines rerum humanarum adumbrantes Deas arctè conjungebant, referente Macrob. saturnal. l. 1. c. 10. Et quidem meritò; Si enim alicui varias humanarum rerum vices incertamq; fortunam mente contemplari libuerit, haud sanè mediocri, singula quæq; inspiciendo, admiratione meritò capietur, cum nullum penitus ex his, quæ à nobis bona putantur, purum comprehendenterit atq; sine omni prorsus molestiâ sincerum mortalibus unquam obtigisse: contraq; nullum usquam tam extrema condizione malum, qui cum non aliqua quocunq; modo præsidii ratio comes & voluptatis adveniat. D. Chrysostomus hanc vicissitudinem egregie nobis inculcat, dum Universum orbem terrarum, inquit, ita Deus gubernat, ut modò hoc modò illud adhibeat, nec secunda semper immittat, nec adversa incutiat. Et quemadmodum nox diei succedit, dies nocti, æstas hyemis, & è conver-

so: eodem nos quoq; modo , alios dolor vexat , alios
voluptas permulcat , & nunc quidem ægrotatione la-
boramus, modò autem fruimur sanitate Non ergò ad mi-
remur, quoniam etiam quando nobis sanitas adeit, admir-
rari oportet : nec conturbemur , quando dolor nos
exagitat, quoniam etiam quando gaudemus, conturba-
ri par esset. Quare ad illam rerum conditionem, quam
mutare non possumus, animus noster aptandus est, hanc
sequatur, huic pareat, & quæcunq; fiunt, debuisse fieri
putet. Hyems frigora adducit, algendum est; æstas ca-
lores refert, æstuandum est. Intemperies cæli valetu-
dinem tentat, ægrotandum est; Nec velit objurgare
naturam. Optimum est, autore Seneca, pati, quod emendare non
possit. Adversus utrumq; statum invictum animum te-
neamus necessum est, nobisq; id tribuamus, quod sibi
Achilles apud Euripidem in Iphigenia.

Τψηλόφρων μοι θυμὸς ἀρρεταὶ πέσσω
Ἐπίσηπ δὲ τοῖς κακοῖσι γ' αὐχαλᾶν,
Μετρίως τε χαίρειν ποιοι ἐξωγκωμένοις. h. e.
Excelsus animus porro nunc nō attollitur:
Qui novit in rebus dolere tristibus
Et cum modò gaudere jam melioribus.

Sensistis & Vos, ô Moestissimi parentes, rerum vicissi-
tudinem dicto citius aliquando ingrui. Simulatq; enim
filium vestrum toties optatum felici partu editum
videbatis; proh! quam hilari animo illum excipiebatis,
ac datorem istius gratiarum actione celebrabatis, atq;
omnium amicorum votis ac gratulationibus exhilarati
in spem generis ac propagationem familiae cundem su-
perstitem yobis fore credebatis. Sed ecce: Voluptatem
hanc, quam ex jucundissimo filioli complexu vix pri-
moribus labris gustaveratis, extremisq;, ut dicunt, di-
gnitis attigeratis, confessim & sine ullâ morâ, mox à

tergo dolor insequitur, dum flosculum illum vix Ephemerum importunus, inopinus ac plane insperatus unicæ afflictionis ventus decutit, mortisq; calculus humi sternit. O Vita humana perpetuis obnoxia miseriis.

O vanitatum vanitas,

Terrena cuncta perfida,

Mundana cuncta sordida,

O vanitatum vanitas!

O vanitatum vanitas:

Terrena cuncta noxia,

Mundana cuncta peccata,

O vanitatum vanitas!

O vanitatum vanitas:

O misera terrena omnia!

O umbra mundana omnia!

O vanitatum vanitas!

Recte Seneca dicebat. Quod Felicitas dicitur *fel* continet præsentissimum, & Euripides apud Plutarchum.

Οδόλβει, καὶ βέβαιον αὐτὸν εφήμερον

Καὶ ηὔεσσα μία τῷ μὲν καρδιῶν υἱοῖς

Ταῦτα δὲ αὐτῷ h. e.

Nec stabilis est felicitas

Sed in diem durans, & unicus dies,

Et haec ablato traxit, haec & susluit.

Quo etiam respexit Homerus, quando

Οὐπερ φύλων γενεὴν, τοιν δὲ καὶ αὐδοῦν h. e.

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum

Privati estis, fateor, filio lo vestro unico, lugetisq; eum jure merito, quod storgæ imperant naturales: luctui autem ut modum ponatis, & voluntate DEI repetentis id quod dedit, vos submittatis, rogo. Quod cum etiam vos ex charta à te, Vir Consultissime ac Clarissime ad me transmissa, in qua, ut pro more funus Programmate prosequar, contendis, facere videam, ipsissima verba tua hic inserere placuit.

Natus

Natus est filius meus d. 29. Febr. circa dimidiatam secundam nocturnam, opem ferente Deo, communis nostro gaudio, insequenti die quiescerat. Martii lavacro regenerationis confessim renatus nomen inditum accepit. **JOHANNES SALAMON:** Ab hac ipso die optimè dispositæ valetudinis terrena in eo persentiscebamus, donec die 5. Martii pomeridiano tempore ubera matris sugere detrectaret; Ominabamur tum primò ipsum forte lac consuetum ob flatuum aliquem tumorem alrum macerantem averjari, unde aliqua remedia ad dissipandos ejusmodi flatus & ad relaxandam alvum adhibebantur, sed conamine prob dolor frustraneo; continuo enim ipse lachrymas fundebat motu, quæ spirituum contentio nunquam desistens illud infantibus commune malum ob nervosarum partium debilem strucuram & ipsi tempore nocturno accersebat, ut Epilepsia infestaretur, qui affectus sat acutus non solum omnia medicamina respuebat, verum in tantum vires teneri pueruli frangebat at consumebat, ut in sequenti die 6. Martii in ipso lecto lethivirus sese exsereret, quo corruptus placide in Domino animam exhalabat, ac sic auditâ hora undecima matutina ejusdem diei inter suspiria nostra denascebatur: Oque subita cantilena Elia Metamorphosis: nunc accinere cogimur Eheu: sed cum omnium rerum humanarum historia fit interire, Vitæq; hominis recte riva Mors audiat, facio lubens.

Egregie tu hæc & Christiane. Ita enim liberi sunt procreandi, ut memineris, his à rerum naturâ & accipendi spiritus, & reddendi eodem momento temporis legem dicitarq; ut mori neminem solere, qui non vixerit, ita nec vivere aliquem quidem posse, qui non sit moriturus. Nosti, credo, quid responsi dederit, audita filii morte Anaxagoras: nihil, inquit, mihi inexpectatum aut novum nuncias, ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem. Nosti præterea, quid animi Æmilius Paulus, quid Cato ipse, quid Pericles, quid Xenophon ille Socratus condiscipulus Platonis atq; æmulus, quid innumerabiles alii natorum in mortibus habuere; nec te præterit ut Propheta idem & Rex quem lan-

languentem sive erat, non flevit extinctum, cogitans,
quod irrecuperabilia lugere supervacue dementiae ve-
rius, quam pietatis sit. Minime autem hoc ideo dictum
velim, ac si in funere ipso erigi vultum & animum
ne contrahi quidem vellem. Inhumanitas est ista, inquit Se-
neca, non virtus, funera suorum iisdem oculis, quibus ipsos videre, nec
commoveri ad primam familiarum divulsionem. Sed quemadmodum in
teteris rebus, ita & in lachrymis aliquid sat est. Nec id lugeas ne-
cessum est, quod, qui sequi debuerat, antecesserit.
Nam quamvis illam ipsam viam ille præcesserit, quam
mox nobis omnibus inire necessum: Tamen præterla-
pso illo punto temporis transgressi in unum idemq;
divisorium conjuncti agemus quicquid ævi reliquum
est. Pulchrè hoc ipsum exprimit Antiphon Comicus, dum
inquit,

πεθεῖν δὲ μετέχως τὰς αποκόντας Φίλας;

ἢ γὰρ ἡθυάσιν, ἀλλὰ τὴν ἀντὴν ὁδὸν,
ἢ πάσιν ἐλθεῖν εἰς ἀναγκαῖας ἔχον.

αφελελύθασιν. Εἴτη χ' ἡμεῖς οὐτε εγώ
ἢ πῶς κατηγόρων αὐτοῖς ἥξομεν,
κοινῇ τῷ ἀλλοι συνδιαιτήσοντας χέρον.

Verum exceptit illum magna & æterna pax: non pauper-
tatis metu, non divitarum cura, non libidinis per-
voluptatem animos carpentis stimulis incessit, non
invidia felicitatis alienæ tangitur, nec suæ premitur. Il-
le iter ambiguum à tergo habet ibiq; constitit unde nil
cum pellat, ubi nil terreat, & sic suum tulit

Metasq; dati pervenit ad ævi.

Nostrum nunc erit memoriam mellitissimi hujus Pueru-
li celebrare, & more Romanorum, qui patriæ, majo-
rumq; imagines solemnī pompā & ritu præferri funeri-
bus curabant, ortum ejus respicere, quem à radice bona,
proba

proba dicit Patrem enim habuit Virum supra nominatum
Consultissimum ac Excellentissimum Dn. GEOR-
GIUM HEGENWALDUM J. II. D. & Areo-
pagi Sternbergensis Advocatum dignissimum, Matrem
vero MARGARETAM Volten foeminei sexus decus
& Coronam. Avum paternum habuit Virum Spectatissi-
mum ac Eximum Dn. SALOMONEM HEGEN-
WALD Scabinatus Kneiphofiensis Regimonti p. m.
Assessorem gravissimum. Aviam verò DOROTHE-
AM von Weinbeerin Viri Amplissimi, ac Consultissimi
Dn. GEORGII von Weinbeer præConsulis Veteris Op-
pidi Regiomonti ex nobili stemmate ipso sangvine ori-
undi filiam. Avus Maternus fuit Vir Prudentissimus
ac Spectatissimus Dn. JOHANNES Volte / Sena-
tor hujus urbis p. m. benè meritus. Avia vero MAR-
GARETA Mariens / Matrona honestissima. Proa-
vum Paternum nominavit C A S P A R U M Hegen-
waldt / Mercatorem dum in vivis esset Regimonti pri-
marium, Maternum vero JOACHIM II M. Vol-
ten / Civem ac Cerevisiarum p. m. non postremum. Pro-
aviam Paternam S T B I L L A M Elets / Antiquissimæ
Borussorum prosapiaæ Etersen Originem debens. Ab-
avus deniq; Paternus fuit Vir Reverendus & Clarissimus
Dn. ERHARDUS Hegenwaldt / Ecclesiastes, & cantile-
næ illius notissimæ, Erbarni dich meiner O Herre GÖtt
&c. auctor. Ex hoc tam præclaro sangvine cretus non
potuit flosculus hicce alios quam felicissimos fructus
policeri. Sed calamitates & imbræ imminentes Jeho-
va hortulanus prævidens florem hunc periculo præsen-
ti subducere & in locum felicissimæ securitatis citò
transferre voluit. Nos animulæ beatitudinem.

non

non invidebimus, quæ, ut supra dictum, suo tempore
corpori jungetur non amplius morituro: sed justa vobis-
cum, O parentes agnatiq; mœstissimi! faciemus defun-
cto. & quod superest terræ mandabimus, quicquid
eius mortale erat, ultimumq; Vale ipsi accinemus, ac

**TELLUS. HUIC TUMULO. NE. GRA-
VIS. ESSE. VELIT.**

precabimur. Comites autem in deductione erunt,
quotquot sub nostrâ jurisdictione sunt, qui se gratum
facturos scient, Parentibus mœstissimis, totiq; ordini
literatorio. In hunc itaq; finem ut frequentes ad ho-
diernam I. in Templo Mariano conveniatis, & affli-

Etissimam in hac Academia & Urbe Rempubl.

Jehovæ defensori nostro commen-
detis, peramanter
rogo.

P. P. Rostoch. sub Sigillo Rectoratus
XIII. Martii. Anno M.DC.LVI.





GK



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77085835X/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77085835X/phys_0014)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77085835X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77085835X/phys_0016)

DFG

Natus est filiolus meus d. 29. Febr. circa dimidiatam secundum
nam, opem ferente Deo, communis nostro gaudio, in
qui erat i. Martii lavacro regenerationis confessim renatus nomi
acepit. JOHANNES SALAMON: Ab hac ipso die opere
valerudinis terrena in eo persentiscebamus, donec die s. Ma
diano tempore ubera matris sugere detrectaret; Ominabamur
ipsum forte lac consuetum ob flatuum aliquem tumorem alvum
aversari, unde aliqua remedia ad dissipandos ejusmodi flat
xandum alvum adhibebantur, sed conamine prob dolor frustu
nuo enim ipse lachrymas fundebat motu, quæ spirituum conter
desistens illud infantibus commune malum ob nervosarum parti
structuram & ipsi tempore nocturno accersebat, ut Epile
rum tantum vires teneri pueruli frangebat at consumebat,
die 6. Martii in ipso lecto leshi virus sese exsereret, quod corru
dem diei inter suspiria nostra denascebatur: Oquæ subita
Metamorphosis: nunc atc inere cogimur Eheu: sed cum or
humanarum historia sit interire, Vitaq; homini recte viv
saceo lubens.

Egregie tu hæc & Christiane. Ita enim liberi
creandi, ut memineris, his à rerum naturâ &
di spiritus, & reddendi eodem momento te
gem dicitatq; ut mori neminem solere, qui non
ita nec vivere aliquem quidem posse, qui non
rus. Nosti, credo, quid responsi dederit,
morte Anaxagoras: Nihil, inquit, mihi in
aut novum nuncias, ego enim illum ex me re
bam esse mortalem. Nosti præterea, quid
milius Paulus, quid Cato ipse, quid Pericles
nophoni ille Socratus condiscipulus Pla
zæmulus, quid innumerabiles alii natorum in
habuere: nec te præterit ut Prophetæ idem &

A 3



Scan Reference Chart TE263 Serial No. 033
Image Engineering Patch Reference numbers on left

the scale towards document